

4.
3

AD
THEOLOGVM. VERE. QUIETVM
VIRVM
SVMME. REVERENDVM. ET MAGNICVM
DOMINVM
PAVLVM. ANTONIVM
THEOLOGIAE. DOCTOREM. EIVS-
DEM. QVE. PROFESSOREM. IN. REGIA
AD SALAM. FRIDERICIANA. CONSISTORII
ASSESSOREM. ET. DIOECES. SAL. INSPECTOREM.
PATRVELEM. AETERNVM. COLENDVM

CVM
IDIBUS. FEBRVARIIS. A. O. R. MDCCXI
DIEM. NATALEM
QUIETE. TRANQVILLE. FELICITER
CELEBRARET
HALAE. MAGDEBVRGICAE
ZITTA. TRANSMISSA
DEMISSISSIMA
GRATVLATIO
IOANNIS. CHRISTIANI. ANTONII
GYMN. ZITT. CIVIS

LITTERIS. MICHAELIS. HARTMANNI





Onias quicunque vndas fontisque beato
Castalii vates qui riuos orè bibistis
Doctos, queisque fuit licitum lustrare
secundo

Concilium pede Musarum, nunc dicere claro
Et grauiore sono praestat, quae causâ quietis
Quaerendae sit mortali: num parca laboris
Segnities, exanguis num mala tristia morbi?
At mihi visa est obliquo modulamine verba
Haec proferre Clio: Non haec est causâ quietis
Quaerendae: Sed quod mens dulcis pacis amica est
Ac animus iusti saeuus tranquillus in vndis
Esse solet, labor hinc, hinc ardua cura piorum,
Vt conseruetur cordis tranquilla voluptas,
Sic quoque, sic fas est exemplis ire DEorum,
Qui sequitur Christi vexillum. Non mala miscet,
Nec se ventoso ventosa superbia flatu
Ex tollit iusti; sed tunc est terque quaterque
Felix Ignatius portans in pectore Iesum
Tranquillo. Atque bonum summum illud iure voca-
tur. Cul-

Cultor, qui egregiae pacis fidissimus exstat
Custos & praeco. Nam fulgens mente sacerdos
Dignus Apostolica valide tunc limina claudit
Tartarei Iani, si Christi militat armis.
Grex, ac haec Ecclesia permultis agitata
Turbinibus per aquas aduersas ducitur, atque
Ut nauis iactata malis petit anxia portum.
Non Castor tunc, non Pollux solamen in arctis
Est rebus, sed mens, nulla pallefcere culpa
Quae solet, et Christus tranquillum ferre leuamen
Si non detrectat. Pax haec dicique meretur
Iure Bonum Summum. Hoc, ANTONI, Mysta quietis,
Scis tu, cui sincera fides ac aurea cordi
Pax est, semper et in studiis sunt otia trita
Curae, quem decuit tranquilla in saecula quondam
Incidere, aut non sub mortali lege creari,
Progenies miseras colit has dum ferrea moeste
Terras. Tempore felici nasci decuisset,
Aurea pax, ac cana fides, ac aurea virtus
Cum omnis floreret. Faustum sic dicere possem
VIR, PATRONE, TVVM NATALEM, Musa te-

nella

Quem iam iam celebrat Castoris nomine clarum
Omine non tristi. Nam sicut sidera fausta
Pollux & Castor sunt nautis, sidera fausta
Qui numerare solent; sic anni tempora certa
Fas numerare fuit, quo tandem numen ab annis
Mi cultum teneris ipse alloquar atque benigna,
Optem fata illi, Charitum qui gratia totus
Est, & NATALEM cuius mea Musa quietum

Ad

Adpellare potest. Nam fulget fidus amicum,
Atque pii velis est semper mollior aura:
Hic est certa quies animarum ex ore docentis
Non nugas fictas, sed vera oracula Summi
Hallae cum fructu O natalia prospera *Nyctae*,
Quem Numen teruet mihi, templo ac omnibus illis,
Queis ANTONIVS est animis & sanguine iunctus.
Aureus hicce dies redeat NATALIS in annos!
Dulce TVI desiderium sic detinet omnes,
Hunc vt grata diem quam primum aurora beatum
Afferat exoptent roseis que vt lucifer altus
Saepe accedat equis; vt dicant: Det DEus ipse,
Hic Antonius vt vivat per Nestoris annos,
Patruus vt dicat: TV. VIVAS MAGNE PATRONE
VOTA. DEO. PLACEANT. TIBI. CARMINA
SER. VI.



2°

Cy 956,

ULB Halle 3
001 594 761



St 2

Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringen 077, 24

Walt





4.
3

AD
THEOLOGVM. VERE. QUIETVM
VIRVM

SVMME. REVERENDVM. ET MAGNIFICVM
DOMINVM

PAVLVM. ANTONIVM

THEOLOGIAE. DOCTOREM. EIVS-
DEM. QVE. PROFESSOREM. IN. REGIA

AD SALAM. FRIDERICIANA. CONSISTORII
ASSESSOREM. ET. DIOECES. SAL. INSPECTOREM.
PATRVELEM. AETERNVM. COLENDVM

CVM

IDIBUS. FEBRVARIIS. A. O. R. MDCCXI.

DIEM. NATALEM

QUIETE. TRANQVILLES. FELICITER

CELEBRARET

HALAE. MAGDEBVRGICAE

ZITTA. TRANSMISSA

DEMISSISSIMA

GRATVLATIO

IOANNIS. CHRISTIANI. ANTONII

GYMN. ZITT. CIVIS

LITTERIS. MICHAELIS. HARTMANNI

